Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Vlrichvs Stvder.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

CONCLVSIO PRIMA.

Potuiſſet tamen bonus ille dn̄s ſi antiquos eccleſiæ doctores, Cyprianũ &c̄. non legiſſet, percunctaſſe, quis tamen præceptor fuiſſet diui Thomæ. Albertus dico magnus, quomodo ergo tam audaculus corã hac præſenti congregatione temere non ueret, huius opinionis originem diuo Thomæ adſcribere. Dilecte dñe Vlriche, in quẽ cõmentarios edidit libros S. Thomas, credo uos non ignorare, in Petrũ Longobardũ magiſtrũ ſententiarũ, qui & ipſe ante Thomã Aquinatẽ hãc opinionẽ tenuit. Si ueſtris ſubditis ita prędicaſtis ſicut iam dicitis, manifeſtũ eſt quod præter ueritatẽ eos ſeducere uoluiſtis, q̄ illis præfigurate uolebatis opinionẽ uenerabilis ſacramenti recentẽ eſſe, & iã primũ in tricẽtis annis eripuiſſe, quũ tñ hoc non ſit uerũ. Nã a tempibꝰ apoſtoloꝝ elapſi dies in teſtimoniũ ꝓducti ſunt doctoꝝ, q̄ uerbũ dei eo modo intellexerunt, & quatuor antiqua concilia ante Thomã ueſtrũ errorẽ damnauerũt. Ideoqꝫ & recte quidẽ de fermẽto in harenã deduxiſtis, quo catholicã corrũpitis eccleſiã, etiãqꝫ bene dicitis q̄d præſumpſeritis, ſed memorate pręſumptionẽ nuncꝫ bene feciſſe. Veſtrã opinionẽ expiſcare tentatis ex uerbis Pauli q̄d facere nõ poteſtis, quemadmodũ ſæpius probatũ eſt. Paulus ẽnuero panẽ non nominat piſtoriũ, ſed ſicut dn̄s Iheſus dixerat. Hoc eſt corpus meum. Aeſtimatis fortaſſe Chriſtianos nuntiare nõ poſſe mortẽ dñi noſtro ſacramẽto donec ueniat in extremo iuditio. Vltima ſella ſupra hũc equulũ nõ ꝑtinet.

VLRICHVS STVDER.

DOmine doctor, multa adportatis non neceſſaria uerba, & ad meũ propoſitũ non pertinentia, irrideorqꝫ & contemnor a uobis, quaſi meoꝝ uerboꝝ neqꝫ exordia nec fundamentũ neqꝫ finem. Primo didici a doctore Wimpina ante annos xx. in uniuerſitate Liptzenſi, q̄ nobis propoſuit Thomã in libro quẽ de ſacramẽto altaris nominãt, in x. prædicamẽta Ariſt. diuiſo, ſic incipiẽs. Memoriã fecit dn̄s mirabiliũ ſuoꝝ &c̄. In q̄ pulchre manifeſtat opinionẽ intellectus & uerboꝝ

Pauli

Pauli ad Corinthios præallegato loco, ſed quia heæ res meo propoſito non deſeruiunt, breuitatis cauſſa demitto. Nominatim mi dñe doctor ſcripturis propono exponere præallegata uerba, ſemota omni expoſitione doctoꝝ, & affectu omnium hoĩm, nihil aliud quã unum uolens articulũ per alterũ ad intelligendũ præbere. Ideoq; præallegata uerba a ſingulis tam obnubilata ſunt credita, & in tali diuerſa expoſitiõe poſſibile non eſt ueritatẽ cognoſcere. Breuiter igit̃ hoc uerbum, Hoc eſt corpus meũ, neceſſe eſt intelligi claro & intelligibili dicto ex Dei uerbo. Quare Paulus ex inſpiratione omnipotentis Dei nobis exponit, quomodo præpoſita uerba capere & intelligere debeamus, in qua forma uerbũ Dei interpretari & exponere ſecurior eſt forma & ſpecies. Iuxta hoc petens ut ſe dñs doctor moderet̃ abſtinendo ab inductione oĩm doctoꝝ & intellectuũ humanoꝝ & expoſitionũ, propter quod mihi propono hæc uerba hoc & alijs dictis exponere.

D. ECKIVS.

Probe noui diuum Thomam ſicut & cæteros Chriſtianos eius opinionis fuiſſe, quod aũt dñs Vlrichus falſo ad ſeducendos ſimplices, huius opinionis originẽ adſcribere tentauit diuo Thomæ, hoc me oportuit enumerare nõ ita eſſe, induxiq; doctores non ad meam concluſionẽ firmandã, ſed ut omnes Chriſtiani ſcirent, hanc de ſacramẽto opiniõnẽ eſſe pius mille annis uetuſtiorem, quam probus hic dñs propoſuerat. Id quod refert unum locũ per alium exponendũ dico uerũ eſſe. Bonus tamen dñs ille non nouit, quo nam modo equum curru inaptare debeat, locus unus ſcripturæ obnubilatus per alium locum clarum exponere decet, cuius ipſe hic oppoſitũ facit, uolens hæc clara uerba, Hoc eſt corpus meum, obcæcare obnubilatis uerbis, in quibus neq; adhuc oſtẽdit, quomodo ſuam opinionẽ firmẽt. Clarũ dedi hoꝝ uerboꝝ intellectũ, ſi contra hoc ſcripturas habeat, adportet ergo. Monitionis ſuæ opus non erat, quod nullos doctores uel ſcribentes inducere

debeam